



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XXI. Des Rathes der Neustadt Brandenburg Verschreibung über die für die Aufgabe Zehntrechts dem Pfarrer abgetretenen zwei Hufen Landes, vom 9. März 1320.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

pluribus aliis fide dignis. Datum Spandowe, in nostra presentia anno domini millesimo CCC^o. decimo nono, in crastino conuersionis sancti Pauli.

Nach dem Originale.

XX. Herzog Rudolph von Sachsen bestätigt der Altstadt Brandenburg ihre Privilegien, am 14. Oct. 1319.

In Godis Namen Amen. Wie Rudolf, van Godis Gnaden Herzoge van Saffen, wie bekennen des yn diffem gegenwardigen brieue, datt wie hebben geredett vnde gelouet den Ratmannen vnde den Borgeren ghemeyne van Oldenbrandenborch, do sie loueden to ener rechten vormundschap, dat allet, dat sie bewiefenn mogenn met Hantvesten vnde met brieuen oder met oldtesten luden betugenn mogenn, dat sie vmme Frieheit oder vmme weleke Dingk dat sie, dat wie dat gantz vnde stede holdenn wyllenn vnde den vorbenumeden Borgeren dat betteren vnde nicht ergeren wyllenn. Dat alle disse vorbeoreuene Dingk stede vnde gantz bliuen, so haue wye disen Brieff latenn besegeln met vnser Ingefegele tu eneme Ohrkunde. Desser vorgescreuen Dinge sindt Tuge Her Frederick van Aluensleue, Her Herman van Wedderde, Her Heinrick van Rochowe, Her Johans van Glindenberck, Her Schwiderfcher van Rechenberck, Her Herman van Nibede Her Rule van Dreful, Ryttere vnde andere bedderue lude genuch. Disse bryef ys gegeuen to Brandenborch Na Godes Borit dusent Jar dryhundertt Jahr yn deme neigenteinden Jahre, In Sunte Calixtes Dage.

Nach alter Copie. — Hufe 1753. S. 53.

XXI. Des Rathes der Neustadt Brandenburg Beschreibung über die für die Aufgabe des Zehntrechts dem Pfarrer abgetretenen zwei Hufen Landes, vom 9. März 1320.

In Nomine domini. Amen. Cum mater, erroris in rebus gestis confusionem pariat et inducat, expedit acta hominum sigillatis apicibus eternari. Hinc est, quod nos Nicolaus de Domo Lapidea, Jacobus Juterbock, Monachus Wideman, Rodolphus monetarius, Sabellus Bekerrer, Johannes Velkenner, Peter Mett, Johannes Cremer, Nicolaus Gorzeke, Henningus Johannis, Arnoldus Iwan, Roskow ceterique consules et scabini nove civitatis Brandb., matura deliberatione prehabita, de communi nostrorum civium consensu et consilio contulimus, donavimus justo possessionis titulo honorabili viro, domino Christiano, plebano ecclesie beate Catharine et Amelberge suisque successoribus duos mansos, sitos in Stenowe, cum omni jure et proprietate liberos a solutione decime vel tricesime atque census inperpetuum irrefragabiliter possidendos. In restaurum et recompensam hujusmodi donationis, sibi ac suis successoribus per nos facte, idem dominus Christianus ex consensu et voluntate reverendorum virorum scilicet domini Johannis, Brandeb. ecclesie episcopi, Johannis prepositi totiusque prefate ecclesie capituli remisit nobis ac civibus nostris omnem decimam seu tricesimam, parrochie sue ab antiquo debitam et inperpetuum nos dimisit quitos, liberos de decima sive tricesima supradicta danda

successivis temporibus in futurum. Cum hoc nobis concessit de voluntate predictorum dominorum, ut ad capellam sancti Spiritus possimus tenere presbiterum, qui inibi divina officia celebret, salvo tamen jure suo in oblationibus et aliis ad ipsum de jure spectantibus, et idem presbiter missas suas ante vel post officium parrochie sue ita, quod sit sine prejudicio missarum, que fiunt, in parrochia sua, poterit et debeat celebrare. Insuper decimam vel tricesimam, ut pretactum est, de mansis supra dictis provenientes in Crucewitz seu plebano inibi residenti tenebimur erogare. In hujusmodi ordinationis ac donationis testimonium sigillo civitatis nostre presens scriptum duximus roborandum. Datum et actum in civitate Brandenburg, anno domini MCCCXX, in dominica, qua cantatur Letare Jerusalem

Nach dem ältern Copiaro des Domstifts.

XXII. Der Prediger in der St. Katharinenkirche verzichtet auf den Zehnten und Dreißigsten von der Feldmark der Neustadt Brandenburg, erlaubt auch die Anstellung eines Hospitalpriesters gegen Abtretung von 2 Hufen in der Feldmark Stenow, am 11. März 1320.

In nomine domini. Amen. Si de hiis, que aguntur in tempore, aliqua debeat oblivio, recessus ad scripture testimonium habeatur. Hinc est quod ego Christianus, nove civitatis Brandenburgensis plebanus, presentibus protestor et ad noticiam tam presentium quam futurorum pervenire cupio notum, quod de auctoritate et consensu venerabilis in Christo patris, domini Johannis episcopi, honorabilis domini Johannis Brandenburgensis ecclesie prepositi tocusque ejusdem ecclesie capituli remisi civibus nove civitatis Brandenburgensis omnem decimam seu tricesimam parrochie me, videlicet beate Katherine et Amalberge, ab antiquo debitam, et in perpetuum ipsos dimisi quitos de decima seu tricesima supradicta danda in futurum, et auctoritate dominorum meorum supradictorum concessi eis, ut ad capellam sancti Spiritus possint tenere presbiterum, qui inibi divina officia celebret, salvo tamen jure meo in oblationibus et aliis ad me de jure spectantibus, et ut idem presbiter missas suas ante vel post officium parrochie mee ita, quod sit sine prejudicio missarum, que fuerint in parrochia, debeat celebrare. In istorum restaurum dederunt michi duos mansos, sitos in Stenowe, cum omni jure et proprietate et pertinentiis, liberos a solutione decime et tricesime, quam decimam seu tricesimam consules ac cives Brandenburgenses plebano in Crucewitz pro me solvent, a me et successoribus meis in perpetuum possidendos. Testes hujus rei sunt dominus Johannes episcopus, dominus Johannes prepositus Brandenburgensis totumque ejusdem ecclesie capitulum nec non consules nove civitatis Brandenburgensis videlicet Nicolaus de Lapidea Domo, Rodolphus Monetarius, Jacobus Juterboe, Henningus, Johannes Roschowe, Johannes Velkener, Arnoldus Ywani, Henningus Cremer, Nicolaus Gorckeke et alii quam plures clerici, laici fide digni. Ut hec ordinatio in perpetuum maneat duratura, sigillis dictorum dominorum, videlicet venerabilis domini, Johannis episcopi, et honorabilis domini Johannis prepositi ecclesie Brandenburgensis tocusque ejusdem ecclesie capituli mea cum sigillo meo feci presencia communiri. Datum Brandenburg, anno domini M^o. CCC^o. XX^o., feria secunda post dominicam, qua cantatur Letare.

Nach dem Originale.